



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Athanasiī Kircheri Fuldensis Bvchonii E Soc. Iesv.
Prodromvs Coptvs Sive Aegyptiacvs**

Kircher, Athanasius

Romae, 1636

Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12784

PRIMITIAE LINGVAE COPTAE

sive

AEGYPTIACAE ANTIQVÆ

Ad Eminentiss: Principem S.R.E. Card:

FRANCISCVM BARBERINVM.

Præfatio.

Cum ita nobis, Eminentissime Princeps, à natura comparatum sit, ut ijs rebus, quas aut ob nouitatem suspicimus aut quarum cognoscēdarum feruente tenemur desiderio, haud planè acquiescamus, nisi plenam & integrā de ijs instructionem capiamus, quod cūm in alijs omnibus, tūm potissimum in rebus ad scientiam pertinentibus locum habere quotidiè experimur. Certè rem haudquaquam ingratam audiis & curiosis Lectoribus me facturum existimai, si Prodromo iam expedito, in quo de lingue Copte proprietatibus non nisi generatim tantum, à me disceptatū fuit. Specialem quandam, brevem ac perspicuam de huius lingue preceptionibus ac regulis tractationem hoc loco quoque subiicerem, ne quicquam ad res Coptas plenè intelligendas in Prodromo nostro omisisse viderer. Discussa itaque sine mora in genti sanè Grammaticarum Coptarum, quas partim The-

N n.

sau

sauro nostro Coptarabico , partim alijs Codicibus Vaticani prefixas reperi farragine; epitomen presentem compilare aggressus sum, quam iuxta consuetas nostrorum Grammaticorum leges , ab omni confusione vindicatam , ea methodo disposui, ut quecunque vel in Arabica versione obscura , aut ob peregrinam tradendi methodum essent difficultia ; ea Tyronum ingenij accommodata, hic breuiter, clarè ac dilucide traderentur . Ne quoque Lector forsan ob ignotę lingue spiritosas traditiones , vñā cum tedium animum ad ea addiscenda abiiceret : minutiorum rerum seu particularum quarundam plus difficultatis habentium tractationem Thesauro Copto reseruaui , in quo Lector omnia ea quæ ad linguam eam perfectè intelligendam pertinent , Coptarabicolatinè tractata pleniū penitus reperiet . Vale itaq; munificentissime Princeps atque hisce pauculis interim fruere.



II